



Nobilissime et Amplissime Vir,
Domine Observandissime

Miro modo mihi per me affecta reddita benignae tuae humanitatis
potestas: non solum enim pro felici aequino ea mihi fuit ad
primum Patriae limen; sed etiam beneficium et ornamentum
peperit, majus meritis votisque meis, quando Filius Frissimi Principis
nostri gratiam mihi conciliasti; quā laborum aliud praemium,
seu gratius, seu dignius nullum reputo. Ego magis gaudeo,
quod hoc quoque nomine plurimum obstrictus sum Amplit.
tuae, quam ob excelsas virtutes et optime de me semper meri-
tam, singulari observantiae affectu colo. tanta autem felici-
tatis memoriam ad extremum vitae spiritum servaturus,
cuncta meditabor, quoad licebit per tenuitatem meam,
gratae mentis officia. In modo, quod obtestor, dignare Amplit.
tuae jussis animum meum obsequendi desiderio flagrantem recre-
are. illa enim mihi semper erunt multo gratissima et constan-
tes in me amoris tui symbola. Quoties vero mearum rerum
aliquid Amplit. probabitur tuae, tuum demum solidam ex
eo voluptatem percipiam. cuius quidem specimen praebuerunt
mihi fratris mei litterae, mihi per me ad me datae, postquam ex
ys intellexi, oculum illum opticum summo ingenio acuisisse tuo.
cui certe optimam quamque exercitationis materiam optare
oēs debent, quicumque Reip. nostrae aut scientiarum incremento
fabent. eum et si qui alij in bibliotheca mea libri curio-
sitate tua digni videantur, velut summo jure tibi debitos,
vindicare quoque et asserere ut tibi velis, etiam atque etiam
rogo. dum autem aliud mihi officium praestare nequeo, a summo
vis boni Auctore Amplit. tuae precor, quod semper faciam,
longam rerum tuarum incolumitatem; magnigillius gaudij
fruitionem, quod boni cives omnes avidente et anhelante animo
inducem vobent, et sub felicissimo ductu indefessi et Magna-
nimi

Magnanimi Principis nos tri ductu coelitus expectant. si in hoc opere, cum alijs, arte seu Marte servire pro votis meis nequeo, at aliquam saltem desiderij et officij partem implere conabor, continuis ad Deum Opt. Max. precibus; quia à dolore impotentiae in justa causa, etiam vires habet. Illustrem et Praeclarum omni virtute Heroem, Dominum Wytziüm, meo nomine impetratum plurimam salute velis, obnixè rogo. nam summo illi Viri quamplurima debeo pro singulari Suavitatem et benevolentiam, quia me dignatus fuit excipere atq; complecti. tuam autem, quam implorare cum in finem addebo, scio effectum iri posse, ut felici adeo sorte in perpetuum gaudeam. Amplis quoq; virum Dominum Junium Collegam tuum, et Bataviae Nobilitatis decus, Dominum Lervium ex animo salute. Vale Nobilissime et Amplissime Vir, meq; amare perge, qui, quamdiu deus mihi vitam prorogabit, semper vibam

Amplis. Jua

Dabam Haga-Comitis
LII^o Jul. MDCCXIX.

Eidem huc ex Anglia venit,
Vir Illustrissimus, Dominus Thomas Boë,
missus à Serenissimo Mag. Brit. Rege
ad Reip. nostrae Proceres, et tres Reges,
sc. Daniae, Poloniae et Sueciae. Multa
jubent me gratulari Patriae nostrae,
quod corrupto hoc saeculo et optimis etiam
judicijs varie distractis, talis Vir obeundo
gravissimae legationis muneri pra alijs est
praestitutus, quem multis documentis cognovi,
bene pietati et virtuti esse addictissimum,
et ingenio affectu Reip. nostrae optime cupere.
Propediem ipse Castra Illustriss. Principis Auriaci
est aditurus, salutandi illius et visendi ergo.

Devotissimus

J. Solius

A. 301.

A Monsieur
Monsieur Huygens
Secrétaire de Monseigneur
le Prince d'Orange

15. Jul 29. Au Camp debant Boisleduicq.

